

THE FIRST SUNDAY OF ADVENT

INTROIT

See volume I, pp. xliii and 10-12.

Rulers *Choir*

A. Ad te le - va - vi * a - ni - mam me - am: de - us me - us in te con - fi - do,
non e - ru - be - scam: ne - que ir - ri - de - ant me in - i - mi - ci me - i:
et - e - nim u - ni - ver - si qui te ex - spe - ctant non con - fun - den - tur.

Rulers *Choir*

Ps. Vi - as tu - as do - mi - ne de - mon - stra mi - chi: * et se - mi - tas tu - as e - do - ce me.

Rulers *Choir*

GP. Glo - ri - a pa - tri et fi - li - o et spi - ri - tu - i san - cto: * sic - ut e - rat in prin - ci - pi - o
et nunc et sem - per: et in se - cu - la se - cu - lo - rum. A - men.

Kyrie X, XI or XII is sung: see volume I, pp. xliii, 12 and 56-57.

Gloria in excelsis and Ite missa est are not sung at any mass in Advent, or from Septuagesima Sunday to the vigil of Easter.

SALUTATION

Celebrant *Choir*

℣. Do - mi - nus vo - bis - cum. ℟. Et cum spi - ri - tu tu - o.

FERIAS AND FEASTS WITHOUT RULERS IN ADVENT

On ferias and feasts without rulers in Advent, five collects, secrets and postcommunions are said: those of the day, and memorials of the Virgin, of All Saints, for the universal church, and for peace. Terminations are made after only the first and fifth prayers, and 'Oremus' is said before only the first and second. [The prayers of the four memorials are printed below.]

COLLECTS

Oremus. Deus qui de beate Marie semper virginis utero verbum tuum angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis, ut qui vere eam dei genitricem credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur.

Concede quesumus omnipotens deus, ut intercessio sancte dei genitricis [semperque virginis] Marie, sanctarumque omnium celestium virtutum, et beatorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum, martyrum, confessorum atque virginum, et omnium electorum tuorum, nos ubique letificet: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. *[Most of the sources consulted omit the words in square brackets.]*

Ecclesie tue domine preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla, per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

SECRETS

Oremus. In mentibus nostris quesumus domine vere fidei sacramenta confirma: ut qui conceptum de virgine deum verum et hominem firmiter confitemur, per ejusdem salutifere incarnationis potentiam, ad eternam mereamur pervenire letitiam.

Oblatis domine placare muneribus, et intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria cum omnibus sanctis tuis, a cunctis nos defende periculis.

Protege nos domine quesumus tuis mysteriis servientes: ut divinis rebus inherentes et corpore tibi famulemur et mente.

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus, dignare preces et hostias dicat tibi plebis suscipere: ut pax tua pietate concessa, Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos, per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

POSTCOMMUNIONS

Oremus. Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde: ut qui angelo nuntiante Christi filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Sumpsimus domine, beate dei genitricis semperque virginis Marie et omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes, sacramenta celestia: presta quesumus, ut quod temporaliter gerimus, eorum precibus adjuti, eternis gaudiis consequamur.

Quesumus domine deus noster, ut quos divina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subjacere periculis.


Deus auctor pacis et amator, quem nosse vivere, cui servire regnare est, protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: ut qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus, per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

CHRISTMAS DAY: THE MASS AT DAWN

Principal Double

[Three masses are celebrated on Christmas Day. Although Christmas Day is classed as a principal double feast, the first mass (the mass at cock-crow or missa in gallicantu) and the second mass (the mass at dawn or missa in aurora) are celebrated with less solemnity than the third mass (the mass of the day). The service of the second mass is more like that of a simple feast.]

INTROIT



A. Lux ful - ge - bit * ho - di - e su - per nos: qui - a na - tus est no - bis do - mi - nus:
 et vo - ca - bi - tur ad - mi - ra - bi - lis, de - us, prin - cept pa - cis, pa - ter fu - tu - ri
 se - cu - li: cu - jus re - gni non e - rit fi - nis. Ps. Do - mi - nus re - gna - vit,
 de - co - rem in - du - tus est: * in - du - tus est do - mi - nus for - ti - tu - di - nem,
 et pre - cin - xit se. GP. Glo - ri - a pa - tri et fi - li - o et spi - ri - tu - i san - cto: *
 sic - ut e - rat in prin - ci - pi - o et nunc et sem - per: et in se - cu - la se - cu - lo - rum. A - men.

The Kyrie (without verses), Gloria, Sanctus and Agnus dei are sung as on a simple feast of nine lessons [Kyrie XII, XVI or XVII; Gloria I or III; Sanctus IV or V; Agnus dei IV, V or V: see volume 1, pp. 57, 58, 62, 64, 74 and 77].

COLLECTS

Oremus. Da quesumus omnipotens deus, ut qui nova incarnati verbi tui luce perfundimur, hoc in nostro resplendat opere, quod per fidem fulget in mente, per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

A memorial is made of St Anastasia, but no other memorials are made.

Oremus. Da quesumus omnipotens deus, ut qui beate Anastasie martyris tue solemnia colimus, ejus apud te patrocina sentiamus, per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

The lesson is read from the pulpitem by a second-former wearing a surplice.